Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aliancia et reptilia que reptant
super terram secundum genus suum. Edi
ficauit autem noe altare domino et
tollens de cunctis pecoribus et vo
lucribus mundis obtulit holo
caustum super altare. Odoratusque
est dominus odorem suauitatis. Oro.

DEus immutabilis virtus
et lumen eternum, respice p
pitius ad totius ecclesie mirabile
sacramentum. ut opus humane
salutis perpetue dispositionis et
fertur tranquillus operare. totus
que mundus experiatur et videat de
iecta erigi. inuetterata nouari.
et per eum redire in integrum quod a
quo sumpserat principium. Per dm

Et temptauit deus abra
ham. Et dixit ad eum. Abra
ham abraham. Et ille ait. Ecce
ecce illi. Tolle filium tuum unigeni
tum quem diligis ysaac et vade in
terram visionis atque offer eum ibi
in holocaustum super unum montium
quem monstrauero tibi. Igitur
abraham de nocte consurgens stra
uit asinum suum. ducens secum duos
iuuenes. et ysaac filium suum. Cum
que concidisset ligna in holocau
stum: abiit ad locum quem preceperat
ei deus. Die autem tertia eleuatis
oculis vidit locum procul: dixit
que ad pueros suos. Expectate
hic cum asino. ego et puer illuc
usque properantes postquam adora
uerimus reuertemur ad uos. Tulit
quoque ligna holocausti. et im
posuit super ysaac filium suum. ipse
vero portabat in manibus ignem
et gladium. Cumque procederent duo
simul. dixit ysaac pri suo. Pa
ter mi. At ille audit. Quid vis fili.
Ecce ignis et ligna: ubi
est victima holocausti. Dixit
abraham. Deus prouidebit sibi
victimam holocausti fili mi. Pro
cedam ergo simul. venerunt que
ad locum quem ostenderat ei deus.
in quo edificauit altare et desuper
ligna composuit. Cumque colligasset
ysaac filium suum posuit eum in
altare super strueem lignorum. et
extendit que manum et arripuit gla
dium ut immolaret filium suum. Et
ecce angelus domini de celo clama
uit dicens. Abraham abraham.
Qui ait. Adsum. Dixitque ei. Non
extendas manum tuam super pue
rum neque facias illi quicquam: nunc
cognouimus quanto timeas deum. et non
pepercisti filio tuo unigenito propter
me. Leuauit autem abraham oculos
suos. vidit que post tergum arietem
inter vepres hereentem cornibus.
Quem assumens obtulit holo
caustum pro filio. Appellauitque no
men loci illius dominus videns. unde
usque hodie dicitur in monte dominus
videbit. Vocauit autem angelus
domini abraham secundo de celo dicens.
Per meipsum iuraui dicit dominus.
quia fecisti rem hanc. et non pepercisti
filio tuo unigenito propter me.
benedicam tibi et multiplicabo